

## Die Urkunden Karls des Großen, 308

Ego Carolus dei miseratione Francorum, Longobardorum atque Romanorum imperator piis et iustis postulationibus et deprecationibus inclytorum comitum nostrorum, Fredoli scilicet atque Guidonis maximeque Gaudemiri, servi dei Gerrensis loci abbatis, inclinatus a me decretum est et praedicto fideli nostro comiti Fredolo iussum, ut dei amore et animarum nostrarum nostrorumque parentum redemptione coenobium a paganis, ut in dei veritate audivi, male devastatum atque combustum et omnibus bonis suis spoliatum reformet atque ad omnipotentis dei servitium restauret et de bonis, quae in magno labore et in manu forti strenui et fideles curiae nostrae viri dextera potentis dei acquisierunt atque a paganis imadudum viriliter abstulerunt, ut melius potuerit, stabilire ac ditare non moretur, ut ex hoc gloria sit deo et vivendi possilitas Christo in praedicto coenobio famulantibus.